



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

2. Quarè Sathan etiam nos tentat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

de domo tua & de cognatione tua, & cap. 22. de filio Isaac tentatur, vt ipsum immolaret. Sic Iob perdit omnem substantiã suã, & inquit: Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Cùm ergo nos Deus tentat, hoc facit ad profectum nostrũ & coronam.

Tentat quoque nos Sathan, vt nos decipiat & damnet, & hic nulli parcat, sed tanquã leò circumit, quærens quem deuoret, i. Pet. 5. nam nec Christo ipsi pepercit. Matth. 4. & parentes nostros in Paradiso tentauit, Gene. 3. Tripliciter quoquẽ ipse tentat, gula & auaritia, sicut tentauit Adam & Christum: & ideò Apostolus i. Tim. 6. vocat auaritiã laqueum Diaboli quo multos huius nostri seculi homines trahit & illaqueat: Deindè, superbia & inani gloria: hæc supbia ipsũ è cælo deiecit, & ideò nouit quã displiceat Deo hæc supbia, Nã superbis resistit, humilib' aut dat gratiam. Iacob. 4. i. Pet. 5. ideò sæpè homines tentat de superbia & inani gloria, Ezech. 16. Hæc fuit iniquitas Sodomæ, superbia & saturitas panis &c. & per inanẽ gloriam turbat pacẽ, excitat lites. Vltimò tentat nos luxuria & voluptate carnali, sicut Dauid conqueritur Psalm. 37. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus. Multos enim pstrauit Sathan hoc vitio luxurie, Gen. 6. in diluuiò Sodomam, & alias ciuitates, populum Israel in deserto fornicantem cum filiabus Moab, Nume. 25. Vbi semper vltio Domini magna est subsequuta, sic deiecit Dauid, Salomonem, &cæt. Sic semper tentat nos Sathan, vt perdat ac damnet animam. Tentatur quoque homo in mundo à dextris & sinistris, vt rectè dixerit Iob 7. Militia est vita hominis super terram. A sinistris tentamur ira, inuidia, amarulentia, impatientia, paupertate, & infirmitate, & in omnibus ijs quæ pœnalia sunt homini, vbi homo damnus & pœnã accipit ex tētatione, sicut sæpè mundus occasionẽ præstat carni nostræ, quæ prona est &



est & de facili obedit, sicut cōqueritur Apostolus Roma. 7. Non habitat in carne mea bonum, &cæt. A dextris autem impugnat nos Sathan dulcibus, id est, ijs quæ carni placent & sunt amica, vt luxuria, ebrietas, diuitiæ, superbia, inanis gloria, auaritia, & in omnibus ijs quæ dulcia sunt carni, querit occasionem nos tentandi: Hæc tentatio pessima est, & ascribitur temporibus Antichristi, qui voluptatem omnem concedet suis sectatoribus. Ideò dicit David Psalm. 90. Cadent à latere tuo mille, id est, à sinistris per hæc quæ poenalia sunt homini: sed à dextris tuis decem milia, per hæc quæ suauia sunt carni, &c. Sic iam totus mundus in maligno positus est, 1. Ioan. 5. Nihil videmus præter studium auaritiæ & inanis gloriæ, concupiscentiam oculorum & carnis, superbiam vitæ &c. 1. Ioan. secundo.

3. Et quoniam tam fortis est vbiq; in mundo Sathanæ tentatio, ideò docuit nos Christus clamare ad patrem Matt. 6. Ne nos inducas in tentationem. Inducit autem in tentationem, est quãdò Deus permittit, quod tentatio tam fortis fit, vt illã nõ possimus sustinere, sed permittimus nos Sathanã sic decipere & excæcare, vt in corde nihil ponderemus nec respiciamus nisi solam voluptatem, & nõ cogitamus nec consideramus iram Dei aduersus peccatum, & sic consentimus diabolo ad peccandum. Nam hæc est potissima ratio omnis damni & periculi, quia nemo finem poterat: quãdò enim finis æstimaretur, quidnã ex opere nostro perpetrato esset euenturum, sæpè ex maiori deliberatione faceremus res nostras: & fit sæpè dum quis incautè credit alteri, vt in damnũ incidat, & hoc quoq; dicitur induci in tentationem. Clamare igitur serio debemus ad Deũ, vt ipse nos conseruet: sic enim conseruauit Ioseph, Susannam, Iudith, à luxuria facienda, in re fidei Tobiam: ille enim nolebat adorare vitulos aureos Ieroboam. Sic Noë & Abraham, sic ho-

LI  
diè fidele  
nem secta  
Deus vul  
camur in  
thana. Li  
tũm velit  
1. Cor. 10.  
tari supra

D I

1. Qui  
quo  
2. Qu  
non  
3. Qu  
bera

Sed hoc vo  
tuniũ in ce  
nobis prop  
bellum, in  
tatem ann  
bis quotid  
sunt omni  
temporib  
cundum C